



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Louaniensis Moderator n. 65

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Anglia concitato, à Pontificis obedientia, ac postremo à fide descivit, maxima Dei in Ecclesiam, tum prouidentia, tum benignitas enituit. Nam hoc ipso tempore, prima Illustrissimæ Societatis IESV fundamenta iacta sunt, Deo primum, tum Sancto Ignatio Loyola Auctore, qui hoc anno sex sibi adiunctis Socijs, vt apud illius vitæ Scriptores videre licet, præcipua voti religione Pontificis se obedientiæ adstrinxit: vt quod in Rege & Regno ceciderat, in Sancto atque Apostolico Viro, atque in eius Societate resurgeret. Hec ille apud *Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 11. fol. 678.*

*Qua illi speciali se obedientia voto obstrinxit.*

66. \* A BARTHOLOMÆO RVBIO Eiusdem Seraphici Instituti de Obseruantia Viro clarissimo, cui tanta de Ignatio Parente Sanctissimo, primæuisque Socijs, falsis calumnijs impetitis, existimatio, vt publico instrumento testaretur, Eos viuere vitam exemplarem instar Apostolorum. Ita ille apud *P. And. Lucam in vita S. Ign. lib. 2. cap. 7.*

*Socij viuunt vitam exemplarem instar Apostolorum.*

65. A LOVANIENSI Moderatore, eximia pietate, prudentiaque Viro, quem scimus negasse in suorum numerum admittere, nisi asceticis Ignatianis ante excultos: Quod multo iam vsu sibi comperit diceret, Hos in omnem virtutem, & prouiores & constantiores existere. Sic apud *Imag. 1. sec. Soc. lib. 6. cap. 23. sect. 1. fol. 790.*

*Eorum doctrina exculti, in omnem virtutem prouiores, & constantiores existunt.*

66. A IANVENSIS CONVENTV Florentissimo liceo in thesibus typis mandatis Mediolani ann. 1636. miris hieroglyphicis excusis, R. P. N. Generali Mutio Vitellesco dicatis, respondente Fr. Ioanne Salerno à Camplo Sacræ Theologiæ Bacalauro, Preside R. P. Magistro Bartholomæo Ferrio ab Argenta eiusdem Ianuensis Licæi Regente dignissimo. Angelicæ (inquit) Theses, cui potius, quàm Tibi, hoc est Angelo (Reuerendiss. Pater) deferantur? Et vero vel ipse Angelus es, vel Angelos esse certissimum argumentum cum Te hominem Mundus non probauerit. Quid Cælum, cui moderando indefessè præsides, quam non obsecurè Te Angelum prodit. Tu enim immotus Vniuersum hoc Cælum, quod terrarum Orbem complectitur, ex Vrbe tan-

*Mutius Generalis laudatus.*

*Societas Cælum omnem terrarum Orbem complectens.*

E c

quam